Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1957

330 - Freiburg 1314 August 30: Heinrich von Merdingen, Schulmeister zu Freiburg, stiftet mit seinen dortigen Besitzungen eine Priesterpfründe im Münster

urn:nbn:de:bsz:31-70578

Visual Library

unzweifelhaft. Die Johanniter zu Freiburg verfügten für ihre Urkunden über mehrere Hände. Die Siegel aus verschiedenem Wachs, das erste mit Fingereindruck, das zweite mit 3 tiefen Schrägkerben auf der Rückseite. Bemerkenswert, daß auch diese Johanniterurkunde wie n. 285 u. 313 keine ältere Registrierung aufweist.

330 *Freiburg 1314 August 30*

Heinrich von Merdingen, Schulmeister zu Freiburg, stiftet mit seinen dortigen Besitzungen eine Priesterpfründe im Münster.

2 Or. (A^1 A^2) Münsterarchiv. Siegel an Leinenstreifen: 1. (an A^1 besch.) spitzoval (68/42). Bischof thronend[1]. ✠ S' GЄRhARDI[2]: DЄI : GRA[a]: ЄPI : ЄCCЄ : ƆSTANCIЄN; *2. (Lahusen SGrFreib. Abb. 6); 3. wie an n. 280 (5.).*

URGFreib.M. n. 80 (Freib.MBll. 3, 73).

Geschrieben sind A^1 und A^2 von derselben Hand in Buchschrift mit Linierung. Besonders charakteristisch u. a. die Schleifen bei den g *und von den zweierlei Formen des* r *diejenige mit dem Häkchen nach unten. Trotz mancher Unterschiede ist die Ähnlichkeit mit einer größeren Gruppe (n. 112 usw.) so stark, daß ich auch diese Urkunde dem Schreiber des Grafen Egeno von Freiburg, der dieser Stiftung zustimmte, zuschreiben möchte. Starkes, auf der Rückseite gelbes Pergament. An A^1 am Rand oben und unten (im Bug) gleichförmiges Loch*[3]*, anscheinend durch Mäusefraß.*

In nomine domini amen. Cum omnibus hominibus terminus vite sit mors et nichil sit cercius morte, hora tamen incerta, hec ego Heinricus de Merdingen[4] rector puerorum in Friburg diligenter advertens eterne retributionis premium desiderans promereri de consensu honorabilis domini Gebhardi de Friburg prepositi Argentinensis thesaurarii et archidiaconi[b] Constantiensis ecclesiarum rectoris ecclesie in Friburg, accedente etiam bona voluntate spectabilis domini Egenonis comitis de Friburg, cui ius patronatus in dicta ecclesia Friburg pertinere dinoscitur, volens in honorem corporis Christi et beatissime Marie genitricis ipsius Jesu Christi necnon beatorum apostolorum Petri et Pauli in altari in ecclesia parrochiali Friburg constructo et dedicato[5] sito inter altare sancti

330 [a] A *entstellt* [b] archy- A^2

[1] *In der Spitze unter dem Thron 3 Rosen, vielleicht die Rosen im Wappen des Hauses Vergy, die — allerdings fünfblätterig — auf einem Siegel Gerhards als Propst von Bligny vom Jahre 1297 sowie auf seinem Bischofssiegel an der Freiburger Spitalurkunde von 1317 erscheinen. Vgl. K. J. Heilig, Zur Gesch. d. Konstanzer Bischofs Gerhard von Bevar: ZGORh. NF. 42, S. 117ff. nebst Beilage I.* [2] *Deutlich Gerhard, nicht Gebhard* [3] *Die Gleichförmigkeit zeigt, wie die Urkunde zusammengelegt war.* [4] *Es ist die Frage, ob er identisch ist mit dem „Merdinger", Rektor der Kirche in Merdingen, dessen auf den Fronleichnamsaltar gestiftete Pfründe allein im ältesten Präsenzstatut vom 23. Juni 1364 aufgeführt ist (Freib. MBll. 1, 71), dagegen im Präsenzstatut vom 4. August 1400 (ebd. S. 76 ff.) nicht mehr.* [5] *Daß der Altar nicht näher bezeichnet ist, vergrößert die Ungewißheit. A. Leh-*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Johannis Baptiste et sancti Martini divini nominis cultum augmentare de rebus et possessionibus adeo michi collatis, quas teneo et habeo in loco Friburg, estuario[6] et domo contigua ipsi estuario a parte superiore . . dicta des Fuhses hus sitis prope curiam quondam H[einrici] de Merdingen[7], cum areis hortis[c] et pomeriis estuarii et domus predictorum prebendam sacerdotalem in modum infra scriptum decrevi presentibus ordinandam et eam ordino statuo instituoque scripto presenti volens ipsam exnunc firmam perpetuo remanere. Dicta siquidem bona ad iam dictam prebendam et eidem prebende cum integritate dono confero et assigno donatione et traditione inter vivos irrevocabiliter simpliciter et in totum et me iam dicta bona donasse tradidisse et assignasse prefate prebende in modum prescriptum libere confiteor per presentes nichil michi vel meis heredibus iuris retinendo in eisdem vel in posterum conservando, ita quod dicta prebenda exnunc incipiat et incipere debeat perpetuo permansura. Volo itaque statuo et ordino, quod actu sacerdos ydoneus bone vite[d] et conversationis honeste hanc habeat prebendam collatam a me solummodo ista vice et quam ad presens confero Heinrico dicto de[e] Crotzingen et eum ad eandem duxi presentibus presentandum, et quando et quociens eam vacare contingerit, quod . . rector ecclesie in Friburg, qui pro tempore fuerit, ipsam conferat actu sacerdoti, in quo concurrant condiciones predicte et qui nullum habeat beneficium infra muros loci Friburg[8], et illum ad eandem instituat infra quindenam postquam sciverit eam vacare, alioquin quod ipsius prebende collatio illa vice tantum ad magistrum seu procuratorem fabrice laycum devolvatur[9], ita tamen quod idem magister seu procurator fabrice per . . rectorem ecclesie vel . .[f] vicarium non sit substitutus, qui deum habens pre oculis eam conferat actu sacerdoti ydoneo sub conditionibus prenotatis. Predictus etiam sacerdos in dicta prebenda residentiam faciendo personaliter omni die ad altare sive in altari in modum prescriptum consecrato missam personaliter et non per alium celebrabit seu dicet hora illa, que tunc principali vicario ipsius ecclesie ante publicam missam competentior videbitur et oportuna singulis diebus, nisi sanctorum festa celebranda occurrerint, celebrabit secundum quod ei divinitus fuerit inspiratum, nisi forte

330 [c] ortis *A^2* [d] e *verbessert aus* o *in A* [e] *vor* de *durchgestrichen* Hesel *in A^2* [f] *diese Punkte fehlen in A^2*

mann (die Entwicklung der Patronatsverhältnisse im Archivdiakonat Breisgau, Freib. DA. 40, S. 31) hat diese Pfründe unter den „Pfründen auf unbekannten Altären" aufgeführt, ohne die im Präsenzstatut von 1364 bezeugte Pfründestiftung (siehe Anm. 4) zu erwähnen. [6] aestuarium = *Niederung. Gemeint ist wohl die Gerberau.* [7] *Er war also schon tot und kann deshalb mit dem Aussteller nicht identisch sein, vielleicht aber mit dem gleichnamigen Kanonikus bei St. Stephan zu Konstanz. Der häufige Wechsel in der Bezeichnung (vgl. die Register zum II. und III. Band) verwirrt die Frage unlösbar. In der Adelhauserstraße in der Schneckenvorstadt war des „Merdingers Pfründ" im Besitz von 3 Häusern (Flamm GO. 2, 5).* [8] *Zu den mit der Pfründe verbundenen Bedingungen vgl. die Bestimmungen des Präsenzstatuts Freib.MBll. 1, 65 ff.* [9] *Damit ist wohl der Münsterpfleger gemeint. Zur Frage der Entstehung der Münsterpflegschaft vgl. Geiges im Münsterfensterwerk S. 47 f. Anm. 4.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

infirmitate vel alio iusto vel legitimo impedimento fuerit impeditus, et tunc per alium sacerdotem celebrari procuret si poterit ipsas missas[g]. Poterunt autem . . vicarii . . prebendarii dicte ecclesie parrochialis vel subrogati ab eisdem in dicto altari iuxta consuetudinem actinus observatis celebrare extra horam deputatam misse supradicte, ut ex hoc nullum fiet impedimentum vel obstaculum illi[h] misse. In omnibus itaque missis commemoratio et memoria mei fieri debet patris ac matris et progenitorum et meorum generaliter benefactorum. In ipsius autem sacerdotis institutione ad dictam prebendam iurabit dictus sacerdos, si fuerit requisitus, tactis sacris sanctis evangeliis coram . . rectore ecclesie friburgensis vel vices suas gerente, quod de oblationibus legatis et obventionibus proventibus in missis suis sibi datis sive quas vel ante vel post occasione dicti altaris receperit nichil sibi penitus retinebit, sed ipsas . . rectori ecclesie in Friburg sive eius . . vicario principali qui pro tempore fuerit integraliter presentabit simpliciter sine dolo, nisi secretalium consuetudine quantum ex permissione et speciali licentia . . rectoris ecclesie vel eius principalis . . vicarii qui pro tempore fuerit poterit obtinere, eis dumtaxat proventibus et redditibus exceptis, qui pro augmentandis predicte prebende redditibus vel specialiter deputantur, que data et deputata ad prebende ampliationem conservari tenentur et iuxta proborum et ydoneorum consilium debent pro ipsius prebende augmentatione et ampliatione loco et tempore commutari. Item volo statuo et ordino, quod dictus sacerdos chorum frequentet, sicut ibidem . . vicarii solent et actinus consueverunt, quem etiam . . rector ecclesie qui pro tempore fuerit corrigere potest et debet animadvertendo in eundem secundum canonicam correctionem, si idem negliens fuerit in obsequiis tam altaris quam chori absque statutis, prout superius est prescriptum et secundum quod culpa meruerit delinquentis. Et in omnium premissorum evidentiam et robur sigilla venerabilis in Christo patris ac domini G[erhardi] dei gratia Constantiensis episcopi, cuius auctoritate confirmari[i] omnia premissa supplicavi necnon dominorum Egenonis comitis de Friburg patroni ecclesie in Friburg predicte necnon Gebhardi prepositi Argentinensis thesauravii Constantiensis ecclesiarum rectoris ecclesie in Friburg sepedicte appendi presentibus supplicavi. Nos vero G[erhardus] dei gratia Constantiensis episcopus ordinationem et institutionem prebende in modum prehabitum approbantes ratificantes confirmavimus et appensione nostri sigilli presentibus confirmamus. Et nos Egeno comes de Friburg necnon Gebhardus natus eius iamdicti confitemur pro nobis et nostris successoribus universis sub sigillis nostris presentibus appensis omnia predicta ratificantes et confirmantes omnia et singula premissa de nostra voluntate et consensu in modum prehabitum accidisse. Actum et datum Friburg anno domini M°CCC°XIIII° III° kalendas septembris indictione XII[a].

330 [g] ipsas *durchgestrichen mit Punkten darunter,* missas *darüber in A²*
[h] *zweites* i *verbessert aus* e *in A²* [i] *vor* confirmari *durchgestrichen* corf *(?) in A²*